



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

CII. Ioannes V. LXXVI. Arch. XXXI. Elector.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

ca Imperator Carolus cum Electore hoc Confluentiæ rem transegit, quam brevi secuta pax Carolum Casarem inter & Franciscum Regem, Ecclesiæ profuit: actum namque cum Paulo III. Pontifice de congregando Tridenti Concilio, quod anno 1545. inchoatum. Interea Ludovicus laboribus & lenta tabe consumptus, Confluentiæ mortem oppetiit an. 1547. Sed. an. 7.

CII. IOANNES V. LXXVI. ARCH.  
XXXI. ELECTOR.

**J**Oannes sanguine Isenburgicus Comes in Comitibus Augustanis Carolo Imperatori & Synodo Tridentinæ fortiter adstitit. Tridento Treviros relatus, indictâ & ipse Synodo instar boni Medici, ut saluberrimo pharmaco mederetur multorum malis, à semet curando exorsus, suos sibi defectus, promissâ dicenti veniâ, exponi publicè postulavit; cujus præclarum exemplum Antistites reliqui imitati, ultro corrigi non detrectârunt. An. 1551. cum Philippum V. Hispaniæ Regem per Germaniam ad Belgas transeuntem Saraponti humanitate summa excepisset, ad Concilium post remota tantisper bella denuo Tridentum profectus; at Mauritiî Ducis Saxonici ab Imperatore Carolo defectione, & Ecclesiæ suæ periculo maximo territus, domum repetiit. Et sanè properato opus erat; nam Marchio Brandeburgicus Mauritiî in armis & novis placitis socius, haud longo tempore abfuit; qui postquam Herbipolensem, Bambergensem & Møguntinam Diœceses, sacra profanâque vastando, peragrâisset, Electore Joanne contempto, in ditiones Trevirenses irrupit, relictis vix non barbarorum more vestigiis funestissimis. Inter hæc animi corporisque valetudo multis malis, præsertim paralyfi graviter afflicta, Archipræsulem in monte Thaborino mortuum, & mox Confluentiam translatum sepulchro intulit an 1556. sed. an. 9.

CIII.